Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36451
Copyright: Melk, Benediktinerstift

adolescens

Postquam igitur sanctus Willibaldus in ipso cui se totum commiserat spei et desiderii sui anchoram defixerat, conceptum iam dudum et abditum patefecit occultum. Et genitorem in remotioribus super hoc negocio humiliter consulens monet, ut et votive voluntatis sue consilio et libenter preberet assensum, et filius peregre proficiscens patris in eundo frueretur consorcio. Ob amorem celestis patrie toto postulat nisus conamine, asserens ei mundi divicias fallaces et imperpetuum pituras, et simul cum mortis dispendio relaxandas; male hominibus in seculo vivere nichil aliud fore nisi ipsi gehenne incendia cumulare; econtra bona cum fide agentibus et in ipsis perseverantibus post corporis dissolucionem imperpetuum cum sanctis angelis vivere et nichil aliud agere quam deum in eternum laudare. Dum pater adhuc liberorum et coniugis amore sollicitus inhonestum et crudele cunctis esse testatur, ut orbatos patre liberos alienis quasi predam relinquens tellure per tanta sali discrimina adiret ignota. At miles Christi iam in petra firmissima solidatus nec genitoris lenociniis frangitur nec seculi gaudiis revocatur, quin potius iteratis adhortacionum eulogiis et precibus indefessis, et modo delicias paradisi spemque sine fine vivendi illi opponens, modo flammivoma baratri tormenta obiciens, desiderabilis voti potitur tandem effectu et de patris iam letatur assensu.

Itaque volvente temporum climate et vergente annorum curriculo, cum estatis fornax iam exordium posceret, commoda itineris secum tollentes cum cetu comeancium collegarum, iuncto eciam beato Winibaldo germano fratre, ad loca destinata pervenerunt, que prisco nominantur vocabulo hamelea mutha secus portum qui dicitur hamuuih. Ibique castra metantes paululum temporis demorarunt. Flamma nauigij p

Aduenient[e] stolantes. Proterea optati temporis hora, qua suis classem placidis pontus suscepit undis, naulo impenso pennigerum ascendere celocem, carcio flante crepitantibus remis, rugosi investigabiles marmoris vena iam leti sultantes. Cumque vasti equoris moles ceruleas citato navium cursu perspere transegissent, Christum cum eis in sanctis suis habitantem habentes portum salutis inveniunt, ipsique in mensas gratias agunt. Ibique figentes tentoria urbis prime rotomacum vocabulo menia adeunt, et multorum sanctorum illic oratoria perlustrantes, ipsi quem sponte peregrini sequebantur totos sese tum lacrimis commendarunt. Dein iter arripientes, postquam gorthonicum pervenerunt urbem que vocatur lucca, prefati duo cum patre intravere germani. Patris illic egritudine pregravati ruri ossa avaro mandantes. Inde profecti arduos alpium vertices petierunt, angustos itineris calles nivis et glaciei nitore micantes et mortem quasi transeuntibus mini